Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35054
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

pendijs vras quidam dns :· de :· Miles cum pecunijs
magnifici viri :· de :· et multorum Ciuium meorum furtiue
et turpi modo discessit vtras quod ad partes dicitur app
ulisse Quare cum occasione recuperationis bonorum dicti :·
et Ciuium meorum ad vestram presentiam transmittamus nobilem
virum :· de :· per vestram sume precamur quatenus dignemini
sic dicto :· fauere facere et assisti quod dictum dominum :· capi
et detineri facere possit et ius suum libere consequi
nam hec in gratiam singularissimam habebimus etc.

Clxv. Dominos et amicos rogamus quatenus nobili viro :· de :·
consortis magnifici viri :· capitaneo generali meorum
qui in sequitur quendam :· de :· militem qui astipe
dijs vras cum pecunijs dicti :· et aliorum ciuium meorum fur
tiue et turpi modo discessit necnon occasione subtractionis
multorum bonorum sancte ecclesie mee sancte quoque Cruciferorum faue
re sic me caritate amore et assistere debeant quod
capi dictum dominum :· et detineri facere possit Et ius
dicte ecclesie et :· Ciuiumque meorum consequi cum oportuna
impensione fauorum vt predictis et amice obligemur
ad mercatori Rebus enim sacris et ecclesiasticis xpicola
quilibet fauere tenetur Nullum quod debet recusare
laborem ut sus in Juribus conseruentur datum

Clxvj Magnifici fratres accedit ad vos venerabilis vir dns :· de :·
occasione recuperandi certas pecunias furtiuo modo
et proditorio sibi subtractas per quendam :· de :· que
detineri facere placeat et artari ad dicendum in quo
loco bona ipsa subtracta deposuit Et ad manifestandum
nomina quorumdam qui dictas pecunias secum simul
subtraxerat habebimus enim in gratiam hec specialem et
meritum acceptissimo pro nobis magnorum referemus Ipseque
dns :· personam subtractoris ostendet Incumbit enim cui
cumque regnanti in iusticia quoscumque conseruare datum
Nichil est enim quod in tantum regnantium nomina depri
met quantum scelerum impunitas et enormium contrectio de
lictorum etc. delicta enim hominum et illorum potissime sce
lera cognosci et puniri debent qui fidem frangunt
et ab rectis virtutibus in scelerum turpitudine de
lectantur Et qui iusticie obstant sunt detestanda delendi
tamquam turbatores boni quo nullum melius in terris habetur etc.

49v